



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 50. Aurelianensis Novarriæ inclusus auxilium postulat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

dio absumptæ, aut fluctibus haustæ in- Sæcul. XV.
 teriissent, & Sfortia quoque triremes oc- A.C. 1495.
 cupasset; verbo, omnia ad frustrandum
 hujus expeditionis successum communi
 opera conspirasse videbantur.

S. L.

*Aurelianensis Novarriæ inclusus au-
 xilium postulat.*

Ceterum Foederati Novarriensem ur- Comm. lib. 8.
 bem summo, eoque constanti impetu cap. 8.
 oppugnant, cumque confecto Fornovi- Guicci. l. 2.
 eni prælio magnam capiarum partem eo
 mississent, obsessi ad tantas redacti fuere
 angustias, ut ferme bis mille incolæ,
 aut inediæ, aut morborum violentia jam-
 jam confecti, necatque numerarentur:
 ubi vero Galliarum Regis exercitus A-
 stensi urbi appropinquaverat, paulisper
 obsessi animum erigere cæperunt, mox-
 que Aureliæ Dux, qui satis improvide
 sese urbi incluserat, alios & alios fe-
 liciales ad Carolum Regem decrevit, sup-
 plices, ut ocius obsessis suppetias adfer-
 ret: Verum Rex, aut quod alieno Au-
 relianensis periculo parum commotus es-
 set, ac Novarriæ salutem suis rationibus
 haud multum conferre existimaret, aut
 forte quod expeditionis difficultate ab-
 sterreretur, nonnisi molli brachio rem-
 agere cæperat, nec re ipsa tanto molimi-
 ni

Sæcul. XV. ni par erat; quippe illius exercitus numero, ac viribus plurimum exhaustus lanquebat, ex adverso Fæderatorum copiæ plusquam triginta armatorum millia recensabant, atque insuper media earum pars, constans ex Germanis, quibus Imperator stipendia numerabat, cunctos aditus occupabat, ac summa solertia muniebat; nihilominus Rex ad Aureliæ Ducis libertatem animum adjecerat, cumque præstolaretur adventum decem millium Helvetiorum, qui Ductore Divionensi Præfecto Regem comitarentur, ipse interea Asta Taurinum contendit.

§. LI.

Carolus ex Italia discedere a Pontifice jussus.

*Guicc. l. c.
Spond. ad
hunc an. n. 19*

Cum Carolus Taurini ageret, ab Alexandro VI. summo Pontifice nuncium excepit, qui Sanctitatis suæ jussu Regi significaret, intra decem dierum spatium cum suis copiis ex Italia discederet, ac nulla mora suos omnes e Regno Neapolitano educeret, alioqui sub anathematis poena sese Romæ coram Pontifice sifteret. Ast hanc citationem Rex promerita elusit responsione, remque potius in risum vertit, ad fecialem dicens, „dum „ Neapoli redieram, ut Pontifici pedes „ reverenter oscularer, Romam veni, „ me